Rerum Criminalium

PRAXES, ET TRACTATVS OMNIVM NOBILIORVM QVI AD HVNC DIEM EXIVERVNT IVRECONSVLTORVM, IN QVIBVS

PROCESSVS PVBLICORVM IVDICIORVM, MALEFICIORVMque & ſuppliciorum omnium, quæ in vſum cadere poſſunt, ratio non minus ſuccinctè quam doctè traditur; tributa in

TOMOS DVOS:

Quorum prior continet PRACTICAS *verè aureas & longè celeberrimas* IODOCI DAMHOVDERII: IACOBI DE BELLOVISV: HIPPOLYTI DE MARSILIIS: CLAVDII DE BATTANDIER.

POSTERIORE VERO COMPREHENDVNTVR TRACTATVS AD CRIMINALIA ITEM IVDICIA PERTINENTES, VARII variorum: ſed in quibus facile præcipui ſint,

Antonius de Canaria.	*Placentinus.*	*Nellus de S. Geminiano.*
Martinus Laudenſis.	*Bonicontus.*	*Iacobus de Arena.*
Nicolaus Boerius.	*Odofredus.*	*Ludouicus Carerius.*
Paulus Ghirlandus.	*Nicolaus Plouius.*	*Ioan. Franc. Ponzinibius, &c.*

OPVS CVM ALIIS OMNIBVS, TVM INPRIMIS MAGISTRATIBVS, PRÆTORIBVS, PROPRÆTORIBVS, CONSVLIBVS, RELIQVISQVE IVRISDICTIONEM EXERCENTIBVS, ET IN QVACVNQVE REP. FORENSI ADMINIſtrationi præſidentibus non ſolum apprimè vtile, verùm etiam neceſſarium: ideoque nunc à mendis, quibus ſcatebat paſſim innumeris, & ſupra quam credi poteſt, magno ſtudio indefeſſoque labore repurgatum, & concinnctius in lucem editum à

FRANCISCO MODIO I. C. BRVGENSI.

Cum indicibus, ſummariis & repertoriis longè locupletiſſimis.

15 87.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

Francofurti apud Ioan. Wechelum, Impenſ. Sigiſ. Feyrab.

Cum priuilegio ſpeciali S. Cæſ. Maieſtatis.

MAGNIFICENTISSIMIS GENEROSISSIMISQVE VIRIS GEORGIO, IOHANNI, VOLPRECHTO ET CHVNRADO RIEDESELIIS AB Ayſenbach, Principatuum Haſſiæ Marſchalcis hæreditariis, &c. Equitibus longe ſplendidiſſimis.



CVM ad eum rerum articulum vētum eſt, quo omnes aliquando conditionis humanæ lege & neceſsitate venire oportet, Generoſi RIEDESELII, nihil arbitror, poſt fiduciam eam quam in Chriſto habere decet quotquot nomen ei dedimus: nihil, inquam, magis reor erigere mentem cum morte colluctantium, vita ante per virtutem actæ conſcientia. qua faciente liceat ab hac vita emigraturo confidenter

PRAXIS RERVM CRIMINALIVM, PRÆTORIBVS, PROPRÆTORIBVS, CONSVLIBVS, PROCONSVLIBVS, MAGISTRATIBVS, reliquiſque id genus Iuſtitiariis ac Officiariis, apprimè vtilis & neceſſaria:

AVTHORE CLARISS. VIRO D. IODOCO DAMhouderio, Brugenſi, Equite aurato, V. J. Doctore, quondam Cæſareo, nunc Hiſpaniarum Regis Philippi Conſiliario, atque eiuſdem Regis per totam Belgicam Financiarum Commiſſario.

PROOEMIVM IN RERVM CRIMINALIVM PRAXIN.

Summæ rerum tractatarum in Commentarijs Prooemij.

1 *REipublicæ intereſt delicta puniri.*
2 *Publicæ diſciplinæ fauor dictat & ſuadet, vt maleficia puniantur.*
3 *Publicè intereſt, prouinciam malis hominibus purgari, vt in quiete permaneat.*
4 *Publicè intereſt pœnam facilè non remitti, ne ad maleficia temerè quiſquam proſiliat.*
5 *Dare pœnas, maximi mali euitatio eſt, &c.*
6 *Caſtigare noxam oportet, non ob præteritum delictum, cùm id corrigi nequeat: ſed ne iterum peccet reus, tum ne ipſius exemplo cæteri quoque peccent, &c.*
7 *Facilitas veniæ, incentiuum tribuit delinquendi.*
8 *Si ea quæ malè vſurpantur, omittimus, exceſſus viam aliis aperimus.*
9 *Punienda ſunt maleficia, vt vnius pœna, metus poſſit eſſe multorum.*
10 *Quos ad vitæ decora, domeſticæ laudis exempla non prouocant, correctionis ſaltem medicina compellat.*

PRÆSENTIS Praxis materiam
exactiùs ac penitiùs explicare,
non ſolùm ad Iuriſconſultum,
verùm etiam ad Latrunculato-
rem multiſcium & expertem
pertinet. Satis tamẽ fuerit quo-
modocunq; datur, pingui (quod
aiunt) Minerua, Deo Opt. Max.
auxiliante & ſuppetias ferente, eam indicare, ad huius
operis ſufficientiam, quantumque huic noſtro pro-
poſito ſeruiat: quò ſecuriùs, clariùs ac enucleatiùs no-
uerint & intelligant quid agendum, quidve omitten-
dum ſit, qui vel nummis datis, aut parentum amico-
rumque fauore, officium aliquod conſecuti ſunt. Ne
igitur materiæ ſcopũ prætereamus, paucis rem ipſam
1 nunc aggrediamur. Reipublicæ † intereſſe conſtat de-
licta puniri, ne maleficia maneant impunita. Trita l. Ita
vulneratus, primo reſpõſo, in fine ff. ad l. Aquil. ibiq;
nec ineleganter ait Baldus acutiſſimus, Publicæ diſci-
2 plinæ † fauorem dictare ac ſuadere, vt maleficia pu-
niantur, l. Licitatio. §. quod illicitè, ff. de publica. & ve-
ctigalibus l. Stichum, §. tametſi, ff. de ſolut. l. Si lon-
gius. §. primo. ff. de iudic. vulgata l. Capitalium, §. fa-
moſos, ff. de pœnis, c. vt famæ, extra de ſenten. excom-
3 muni. His illud quoq; ſeruit. Publicè † intereſt, pro-
uinciam malis hominib. purgari, vt in quiete perma-
neat. Notabili l. Congruit, ff. de officio præſid. l. 2. C.
4 quando licet vnicui. ſine iudi. ſe vindicare. Cùm † non
remitti pœnam, facilè publicè interſit, ne ad maleficia
temere quiſquam proſiliat, l. Si operis, C. de pœnis. his
concordat gloſſa notabilis in verbo, confuſè, in fine in
c. Cùm clamor, extra de teſtibus. Quàm autem vtilis,
imò neceſſaria ſit in delinquentes ea iuſtitiæ pars, quæ
vindicatio à Philoſophis appellatur, quam & animad-
uerſionem vocare licebit, docet diuinus ille Plato in
5 lib. de Republica, cum ait: † Dare pœnas maximi ma-
li euitatio eſt: facit enim alibi prudentiores & iuſtio-
res, & medicina quædam iniquitatis, ipſum eſt iudi-
cium. Illud verò neque deorum neq; hominum vllus
audebit dicere, vt ab eo qui iniuſtè egerit, pœna nõ ſit
6 exigenda. † Caſtigare noxam oportet, nõ ob præter-
itum delictum, cùm id corrigi nequeat, ſed ne iterum

FRANCOFVRDI AD MOENVM EXCV-
debat Ioannes Wechelus, impenſis Sigiſmundi
Feyerabendii.

Anno Salutis M D L X X X V I I.